

APPARATUS  
ERUDITIONIS  
AD JURISPRUDENTIAM  
P R A E S E R T I M  
ECCLESIASTICAM,  
IN QUO REVISIO, AUCTOQUE,  
(*Præter Juris Universalis Principia*)

JUS NATURÆ, GENTIUM, DIVINUM,  
Apostolicum, & Provinciale, Ius Synodale Ecumenicum, Nationale ac Provincial,

U N A C U M


PROVINCIARUM AC REGNORUM ECCLESIASTICO ET POLITICO STATU,  
Disciplina Ecclesiæ, Hæretibus exortis &c. continua Sæculorum serie ad præsens usque  
tempis deductum, insertisque IN HAC PRÆCIPUÆ NOVA EDITIONE pro re nata  
multis Observationibus criticis, ac Controversiis Juridicis, Publicis, ac Polemicis,  
METHODO HISTORICO-DOGMENTICA colliguntur, & brevi ac clara idea delineantur,

In volumen Editionis secundum, quibus valla Confessio, Decretum,  
Hæretarum &c. volumina perlungent nec occasio aut tempus deficit.

A U T H O R E  
R. P. JOSEPHO BINER  
SOCIETATIS JESU

SS. Theol. & SS. Canonum Doctore, horumque in alma Cælareo-Leopoldina  
Universitate Enipontana Professore Ordinario ac Publico.

P A R S P R I M A.  
DE JURE IN GENERE.



BONONIAE, MDCCCLIV.

Prostant

V E N E T I I S

Apud Andream Poletti.

# PRÆFATIO<sup>3</sup> AD LECTOREM.



Rovisum abunde est, ut Reipublicæ Litterariæ universim, ita quam maxime Jurisprudentiæ, libris innumeros, qui, tum variis in compendiis, tum spissis etiam voluminibus, Titulos in corpore Utriusque Juris contentos, codem ferme, paucis mutatis, tenore pertractant, adeo quidem, ut qui unum auctorem legerit, alios etiam plures legisse censeri possit.

Supervacaneum proin duxi, tritam illam toties viam velle ulterius complanare, meliusque de re litteraria meritum me putavi, si ulteriori Candidatorum Jurisprudentiæ eruditioni subservirem, ac nova aliquantum methodo *Apparatum* quemdam *Eruditionis* ad Jurisprudentiam, præsertim Ecclesiasticam, conscriberem; quo videlicet Doctrinæ Juridicæ sociaretur crīsis Historica, & Canonum Legiumque severitas eruditionis amoēnitate temperetur: quo genere studiorum nihil videtur esse jucundius, atque erudita hac ætate nihil utilius, nihil æstimatius.

Quamvis autem blandiri mihi nullatenus possim, me in erudita hac disciplina aliquid affecutum, amatorem tamen ejusdem & æstimatorem profiteor; conatumque faltem, ut ut materiæ dignitati imparem, Lector Benbole, habebis ratum.

Atque hoc quidem primo volume tres partes, de *Jure in genere*, tamquam fundamento omnis Jurisprudentiæ, de *Jure Nature & Gentium*, de *Jure Divino & Apostolico*, atque de *Jure Synodali Universali*: In secundo vero volume itidem tres partes, de *Jure Synodali Particulari*, de *Nationali* videlicet, *Provinciali*, & *Diaecesano*, cum Ecclesiastici & Politici Status descriptione Historica, per singula fæcula continuata, Tibi porrigo; tertio volume



# PARS PRIMA. DE LEGIBUS INGENERE.



Ummi momenti non tantum in utroque Jure, sed etiam in Theologia est titulus ille Juris Canonici, qui de Constitutionibus inscribitur. Dum enim legum naturam, varietatem, causas, effectus, ac proprietates examinat, generalia Jurium principia ob oculos ponit. Ut autem in tanta rerum ubertate servetur ordo, incipiendum a legibus in genere: tum vero ad varias legum species descendendum. In omni autem re, quæ tractanda assumitur, ea videtur esse aptior ad docendum discendumque ratio, si a definitione & divisione ducatur initium, tum vero ad causas ejusdem, proprietates, & effectus enucleandos progressus fiat. Sic enim, & ordini, & memoriae quam optimæ videtur consuli.

## C A P U T . I.

De Natura, varietate, & oculis Legum.

### S U M M A R I U M .

1. Quid sit Ius.
2. Quatuor sit Ius.
3. Causa efficientia legis.
4. 5. Causa finalis.
6. 7. 8. Causa materialis & objectiva legis.
9. Controversia de causa interna.
10. Legislator Ecclesiasticus potest precipere aliam normam.
11. Et iam sapientia praecepit.
12. 13. 14. Solvuntur objectiones.
15. Non tam legislator publicus, propter diversitatem causarum, nisi auctoritas Petropolitanus.
16. De causa formalis legis.
17. 18. Promulgatio colligatur efficiens legis.
19. Probabilitas non requiriatur, ut lex Pontificia in Provincias solemniter promulgetur.
20. Ratibus hujus assertio.
21. 22. 23. Solvuntur objectiones.
24. Et per se statim obligat.
25. Acceptatio populi non requiriatur ad consumendum legem, sed tantum ad habilitatem.

### Q U E S T I O I.

Quid sit lex.

1. Respondeatur: Est ordinatio rationis in bonum communem, ab eo, qui causa communis habet, promulgata. Ita auctores passim ex S. Thoma 1. 2. q. 92. art. 4. in c.

Dicitur 1. Ordinatio rationis, seu rationabilis dispositio superioris, obligans subiectos ad aliquid facientem vel omittendam. Per quod differt a causa, quod nullum imponit obligacionem, sed tantum iudicet.

Dicitur 2. Ad bonum communem. Per quod indicatur finis legis: quia semper tendere debet ad bonum communem, seu ad bonum communis, moraliter unitum sub una gubernatione. Per quod differt lex a precepto stricte sumpto: nam lex fertur pro communione, & affecte territoriorum legislatariorum, preceptum vero imponit personis singulis, & adiunctis personis ipsius. Separaten, ut preceptum, ita est in eadem significacione recipiuntur. Unde leges Ecclesiæ dicuntur precepta Ecclesia, sicut in bonum communis sunt late.

Dicitur 3. Ad eos, qui causa communis habent. Indicantur hi legislator, qui nempe non tantum habet causam & potestatem dominicativam, aut economicam, quemadmodum Dominus in servum, parentem in filium, maritum in uxorem, sed politicanum, gubernacionis & jurisdictionis suorum, quia se extendat ad communem per fidem regendum.

Dicitur 4. Promulgatio. Nam ut decretum, statutum, preceptum, aut quacunque dispositio obligat subiectos, id est sic sufficienter esse intuenda.

Colliges 1. Sententiam Iudicis per se non esse legem: tum quia causa personis particularibus; tum quia non causa Iudicis habet jurisdictionem subiectum ad ferendam legem requiriatur. Unde sententia ei⁹ potius lata iuxta legem, & sic declaratio legis, quam lex.

Coll. 2. Omnem legem ad aliquid obligare. Unde etiam lex rationis obligat, actionem irritantem habere pro nullo. Et lex permittens, id est non obligat eum, cui aliquid permisum est, obligat ratione aliis, ne eum impediatur, & respectu horum est lex.

Iheri dicendum de Privilegiis, quæ sunt quedam lex permittentes, obligans alios, ne privilegiatum impediant ab usu privilegii. Cedit autem in bonum publicum, non impedit eos, qui habent privilegium pro se, aut legem permissionem.

Q U E-